



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

7 Solus non tollit præsul, quem præstat honorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

impetratis. Quin etiam praefato fratri nostro, filiisque Treverensis ecclesiae, illiusque defensoribus hac in mandatis damus, ut spirituali simul & materiali gladio tandem aliquos illos eorumque fautores insequantur, quousque cum integritate possessionis, vel quocunque res ecclesiasticae hoc facto, vel quocunque pacto distraxerit facta direpta sunt, revocentur.

1. ¶ Alexander. Nicolaus citat epistolam Alex. 1. de qua re mutata est supra, dist. 15. si Romanorum.
2. pars. A fidelitate etiam juramento Romanus Pontifex non debet abstinere, cum aliquos a sua dignitate deponit.
C. III. ¶ Pontificali auctoritate a juramento fidelitatis nonnullis abstinuit.
Unde Gregorius Papa.

Alias a item Romanus Pontifex, Zacharias scilicet, Regem Francorum, non tam pro suis iniquitatibus, quam pro eo, quod tante potestati erat inutilis, a regno depulit: & Pipinum Caroli magni Imperatoris patrem in eius locum substituit, omnesque Francigenas a juramento fidelitatis, quod illi fecerant, absolvit. Quod etiam ex auctoritate frequentis agit sancta ecclesia, cum milites absolvi a vinculo iuramenti: quod factum est his Episcopis, qui Apostolica auctoritate a pontificali gradu deponuntur.

In manuscriptis, ut in vulgatis, Gelasius Papa Anastasio Imperatori. Cuius Gelasii esse non potest. Zacharias enim & Carolus magnus, quorum in hoc capite mentio fit, multo post Gelasium vixerunt. Helvius autem in regno Gregorii 7. lib. 8. epist. 21. Hieronimus Metaph. Episcopo scripsit, quem refert Ivo. In qua quidem epistola paulo ante multa ex epistola Gelasii Anastasio Imperatori scripta afferuntur.

C. IV. ¶ Excommunicati vinculo fidelitatis non tenentur obnoxii.
Item Gregorius VII. b. Romanae Synodo praesidens dixit.

Nos & sanctorum praedecessorum nostrorum statuta tenentes, eos qui excommunicatis fidelitate aut sacramento conficti sunt, Apostolica auctoritate a sacramento absolvimus, & ne eis fidelitatem observent, omnibus modis prohibemus: quousque ipsi ad satisfactionem veniant.

¶ Quousque, &c. Verba haec non sunt in codice manuscriptorum Vaticanorum.

C. V. ¶ Antiquum reconciliantur fidelitatem excommunicatis nullus servare cogitur.
Item Urbanus II. Episcopo Vapientis.
¶ Iratos a milites Hugoni comiti, ne ipsi, quandiu excommunicatus est, serviant, prohibeto e. Qui si sacramenta praetulerint, inonemur f. oportere. Deo magis servare, quam hominibus. Fidelitatem enim quam Christiani Principi jurant, Deo eiusque sanctis adversant, eorum praeccepta calcanti, nulla cohibentur auctoritate perolvere.

QUAESTIO VII.
¶ Synodali vero auctoritate, sacerdotem damnari, in Hispanensi secundo concilio, cui Iulianus interfuisset, cap. 6. prohibetur.

C. I. ¶ Sine concilio examinatione Presbyter vel Diaconum deponitur.

Stae actione comperimus, Fragitanum Cordubensis ecclesiae Presbyterum iniuste olim a Pontifice suo dejectum, & innocentem exilio condemnatum. Quem rursus ordini suo restituentes, id denuo adversus praesumptionem nostram i. decrevimus, ut iuxta praefatum Patrum synodalem sententiam nullus nostrum sine concilio examine quemlibet Presbyterum vel Diaconum

a Gregor. 7. l. 1. cap. 1. p. 5. ca. ult. b l. i. regis. c Pam. l. 1. c. 12. d Panis. c. 11. e al. prohibetur. f Ab. 2.

deponere audeat. Nam multi sunt, qui indiscussis potestate tyrannica, non auctoritate canonica damnant. Et sicut nonnullos gratia favoris sublimant, ita quosdam odio, invidiae permoti humiliant, & ad levem opinionis auram condescendunt, quorum crimen non approbant. Episcopus & enim sacerdotibus ac ministris solus honorem dare potest, solus faccedotibus ac ministris solus honorem dare potest, solus faccedotibus ac ministris solus honorem dare potest. Si enim hi, qui in saeculo a dominis suis honorem libertatis adepti sunt, in servitutis nexum non revolvuntur, nisi publice apud praetoris ac praesidis tribunal in foro fuerint accusati; quanto magis hi, qui divinis altaribus consecrati honore ecclesiastico decorantur? Qui profecto nec ab uno damnari, nec uno iudicantem poterunt honoris sui privilegii exui: sed praesentati synodali iudicio, quod canon de illis praeciperit diffiniri.

1. ¶ Reluctantes] Sic est emendatum ex codicibus conciliorum impressis & manuscriptis. Sic enim apertius declaratur illius canonice ad concilio esse restitutum, quam ex solenni Gratiani vulgata, restitutum esse comperimus.

2. ¶ Nostram] Antea legebatur, vestram. In recentioribus autem conciliorum editionibus est, novam. Emendatum est ex antiquioribus editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, & Laurentis, quemadmodum & paulo post, nullus nostrum. cum antea esset, nullus vestrum. Modesti enim & reliquorum Episcoporum sibi etiam metunt. Alia vero quaedam sunt ex videri codicibus emendata.

C. II. ¶ Causas clericorum Episcopus non nisi cum senioribus ecclesiae audiat.
Item Gregorius Ioanni Episcopo Panormitano, lib. 11. epist. 49.

Si b quid de quocunque clerico ad aures tuas pervenerit, quod te iuste possit offendere, facile non credas; nec ad vindictam te res accendat incognita; sed praesentibus senioribus ecclesiae tuae diligenter est veritas perscrutanda: & tunc, si qualitas rei poposciverit, canonica districtio culpam feriat delinquentis.

C. III. ¶ A quot Episcopis Presbyteri vel Diaconi sunt audiendi.
Item ex concilio Carthagenensi i. primo, c. 11.

Si quis timidus vel contumeliosus extiterit in maiorem natu, vel aliquam causam habuerit, a tribus vicinis Episcopis, si Diaconus 2 est, qui arguitur, si Presbyter, a sex; si Episcopus, a duodecim sacerdotibus audiat. Univeri Episcopi dixerint. Contemptus debet contumaciae & superbiae in omnibus frangi. Causa c vero pro personis d ab his statuto numero audiatur.

1. ¶ Carthagenensi] Sic est emendatum ex vetustis codicibus. Nam in vulgatis erat, Agathensi primo, cum unicum duxerat Agathense memoretur.

2. ¶ Si Diaconus est.] In vulgatis conciliorum editionibus legitur, si Diaconus est, arguatur Presbyter, &c.

C. IV. ¶ De eodem.
Item ex concilio Carthagenensi secundo, cap. 10.

Felix Episcopus Selemelitanus dixit. Etiam hoc iudicio secundum & statuta veterum conciliorum, ut si quis Episcopus (quod non optamus f) in reatum aliquem incurrerit, & fuerit ei nimia necessitas, non posse plurimos congregare, ne in crimine remaneat, a duodecim Episcopis audiat, & a sex Presbyteris 1, & a tribus Diaconis, cum proprio suo Episcopo.

1. ¶ Presbyter] Sic legitur in concilio, quod est in codice canonum, c. 12. & gravo, & duobus codicibus conciliorum Vaticanis; & uno alio perantiquo, & concordat cum sequenti capite.

a Supra a. ad. Episcopus] & supra, dist. 67. Episcopus. b dist. 36. f. quid. c al. causa audiat. d al. personi statuta. e 2. q. 8. f. Gregor. Anselm. l. 2. c. 21. Burch. l. 1. cap. 1. 49. l. 100. p. 6. 62. f al. optinamus.

In edictibus autem conciliorum Parisiensibus de Colemanibus habetur, & a sex Presbyteris, & tribus Diaconis; quemadmodum & in multis Gratiani manuscriptis.

C. V. De eodem.

Item ex concilio Carthagenensi tertio, c. 1.

Si autem Presbyteri vel Diaconi fuerint accusati, adiuncto sibi ex vicinis locis proprius Episcopus legitimo numero collegarum, quas ab eodem accusati petierint, id est, una secum in Presbyterii nomine i. sex. in Diaconi tribus, ipsorum causas discutiat, eadem diem d. & dilationum, & a communicatione remotiorum, & discussione personarum, inter accusatores & eos qui accusantur, forma servata, reliquorum autem clericorum causas etiam solus Episcopus loci agnoscat & finiat.

¶ Nomine] Sic in ceteris edictibus impressis & manuscriptis, præterquam in editione Colemanis quatuor tantorum, in qua habetur, Presbyteri nomine quinque, in Diaconi duobus. 2. pars. Solus autem ad exclusionem aliorum Episcoporum, non solum clericorum dicitur, sine quorum presentia eius sententia erit irrita.

C. VI. Abq. presentia clericorum nullus causam Episcopus audiat.

Unde in concilio Carthagenensi quarto, c. 23. legitur.

Episcopus e nullus causam audiat absque presentia suorum clericorum: alioquin irrita erit sententia Episcopi, nisi clericorum presentia confirmetur.

C. VII. Nisi synodo canonice vocati sacerdotes damnari non possint.

Item ex concilio Hispanensi secundo, c. 6.

Episcopus sacerdotibus ac ministris solus honorem dare potest, auctore solus non potest. Si enim hi qui in seculo à dominis suis honorem libertatis adepti sunt, in servitium dominis non revocantur, nisi publice apud prætoris ac præsidis tribunal in foro fuerint accusati; quanto magis hi qui divinis altaribus consecrati, honore ecclesiastico decorantur? Qui profectò nec ab uno damnari, nec uno iudicante poterunt honoris sui privilegium exui: sed presentati synodali iudicio, quod canon de illis præceperit, definiti.

QUESTIO VIII.

Ultima vero questio sic statuta est in concilio Neocaesariensi, c. 9. & 10.

C. I. Presbyter, qui ante ordinationem confiteretur se peccatoriter lapsurum, postea non offerat.

¶ Vi b admittit corporale peccatum, & hic postea Presbyter ordinatus est, si confessus fuerit, quod ante ordinationem suam peccaverit, non quidem offerat, maneat autem in aliis officiis propter i eius studii utilitatem. Nam cetera peccata censuerunt plurimi etiam ordinatione privari. 2. Quod si de his non fuerit confessus, nec ab aliquibus potest manifeste convinci, huic ipsi de se potestas est committenda. Similiter & si Diaconus in eodem culpa genere fuerit involutus, sese à ministerio cohibebit.

¶ Propter eius studii utilitatem] Græcè est, διὰ τῆς ἰσχυρίας αὐτοῦ, id est, propter studium ac diligentiam, quam ceteroquin adhibet.

¶ Privari] Græcè legitur, τῶν ἱεροῦσίων ἀφαιρεῖται, id est, manus impositionem dimitti, quemadmodum scribitur.

a Ancl. c. 23. Burch. l. 2. c. 209. Ivo p. 6. c. 280. b cum proprio Episcopo. c al. discutiunt. d al. diem dilatione. e Burch. l. 1. c. 14. Ivo p. 5. c. 214. f Supra, ead. cap. sexta athenis & distinet. 67. Episcopus. g al. personam non revocantur. h Rabanus lib. panit. c. 1. Poly. l. 4. tit. 39. Burch. l. 2. c. 299. Ivo p. 6. c. 109. Pamm. l. 4. tit. 1. Cap. 12. abid. i al. tamen.

veritè Dicoysus cuius versumem ceteri collectores altarium tamen clausula omissa. Nam hæc versio, quem Gratianus adhibet, est prisca, quæ est in collectione Iydræ. Ita ex his versis patet, hæc clausula sententia, atq. auctor. glossa patuit.

C. II. Deservientes altario, si carnis fragilitate deliquerint, Episcopi altarium subiacent.

Item ex concilio Ilerdensi, c. 1.

¶ Hi a qui altario Dei deservunt, si subdò in fructu carnis fragilitate corruerint, & Domino relictis, digne poenituerint, ita ut mortificato corpore cœlesti triti sacrificium Deo offerant, maneat in potestate presbiteris, vel veraciter afflictis non diu suspendere, sed ad dios prolixiore tempore ab ecclesiæ corpore sequestrari, ita tamen ut sic officiorum suorum loca recipiant, ut sint ad altiora officia ulterius promovendi. Quod si ratio vel canes ad vomitum reverti fuerint, & in voluntatis luti jaceerint, non solum dignitatem careant, sed etiam sanctam communionem nisi non percipiant.

C. III. Ex ministris ecclesie geniti, in servitium devocentur ejusdem.

Item ex concilio Tolitano 9. c. 1.

¶ Cœorum hæcenus emanaverint sententia pœnitentia nullatenus ipsorum reformari queverit correctio, usque adeo sententiam judicantium protrahere causa culpæ, ut non tantum ferretur ultio in delinquentem, verum & in progeniem damnatorum. Item quilibet ab Episcopo uique ad subdiaconum decesserit, vel ex ancilla, vel ex ingenuæ descendendo concubina honore constituti filios procreaverint, illi quidem geniti probabuntur, canonica censura damnatione proles autem aliena & pollutione nata, non hereditatem nunquam accipiet, sed etiam in hereditate ejus ecclesiæ, de cujus sacerdotibus vel ministris geniti sunt, jure perenni manebunt.

C. IV. Qui constituitur sine ordinamento castus, non sacrificet: convulsus autem deponatur.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 1.

¶ Si quis Presbyter ante ordinationem peccaverit, non offerat, sed tantum pro religione nocere poterit potest. Si autem non ipse confessus, sed ab alio publice fuerit convictus, nec hoc ipsum habebit, ut Presbyteri potest. Similiter & de Diaconis ordinatum est, ut si ipsi confessi fuerint, ordinem Sacramentorum accipiant.

C. V. De manu sacerdoti, qui ab ecclesia separatur, licet sacramenta faciantur.

Item Nicolaus ad consilio Balsarum, c. 1.

¶ Sacerdotes vobis, si à sacerdote, qui sine reprehensus in adulterio, sive de hoc sola. Intra confessus est, debeatis communionem suscipere, nec respondemus. Non potest aliquis, quædam utique periculosa sit, sacramenta divina poluere; quæ per singulas cunctarum contagionum existunt; nec potest aliud diu per cloacas & latrinas transiens, aliquis tantam contaminationis attrahere. Proinde qualiterque contaminatus sit, quæ sancta sunt, coinquare non potest. Circo ab eo, ulque quo iudicio Episcoporum, si per communionem percipienda est: quoniam mali hominis

a Dist. 10. hi, qui altario, Rabanus l. panit. c. 1. Burch. l. 2. c. 109. Ivo p. 15. c. 27. b Ivo p. 6. c. 221. c al. immunda. d tali. e al. hereditatem parentum. f In cap. Martini. car. Ex conc. Neocaesari. c. 9. Et 10. Burch. l. 2. c. 1. Ivo p. 6. c. 109. l. 3. c. 170. g al. retineant. h Extra de vitæ alior. c. 1. vestra duxit. Ivo p. 2. c. 53. Pamm. l. 4. c. 12.